

c. 2. concl. 3. 3. in fin. in gl. lit. G. Nam qualiter, inspecta littera, quam Azeued. supponit, quaque vulgo circumfertur, verum esse potest, distingui ibi emptores possessionum ab emptoribus censuum, si leparatim nulum est de illis verbum, sed de his tantum, illic. *Scribendo los que compran los censos, y tributos, los censos e hypothecas que tienen las casas, y heredades que compran*, hac enim vltima verba referuntur ad illa priora, *los que compran los censos, y tributos*, & sic hac inspecta littera, plane supponit illa lex, emptores censuum, emere possessiones, super quibus illi sunt impositi, vti ex ea non male colligitur Matienzi. *ibi gl. 1. & nonnulli alij ex superius commemoratis n. 1.* Nec t magis feliciter scopum attingit Felicia. *lib. 1. de censib. c. 4. n. 2. versus finem, vers.* Neque obstat Tex. asserens eam legem nihil aliud velle significare, quam ex censu creditorem ius anni redditus emere in ipsa re, speciatim hypothecae subiecta; nam ab eo libenter quaesierim, qualiter hanc legis mentem eius verbis, contrarium manifeste demonstrantibus, applicet. Proinde merito ab hac Feliciani interpretatione recedit Auend. *de censib. c. 17. n. 12.* Qui & ipse duobus numeris segg. duas ex proprio Marte ficticias addit, longe minus difficultatis vim enunciantes, nec relictis Regie legis verbis contentes.

32 Quapropter veritati propius accedit Gaspar Roder. *de an. redit. lib. 1. q. 3. in 7. d. l. 3. compil. interpretacionem ex eius originali deducens, iuxta reg. Text. in c. 1. de fide instrum. cum similibus*, nempe ex petitione in oblatam in curia. Toletanis anni 1539. *fol. mibi 4. pag. 2.* vbi hac habentur verba, *Assi mismo se escusarian muchos pleytos, sabiendo los compradores los censos, y tributos, y hipotecas, que tienen las heredades que compran*, iuxta quam petitionem prodiit illa lex, idem quod per eam petebatur disponens; & cum iisdem verbis vltus esset compilator pro ratione ipsius legis, quippe que Principi in comitiis ad eam obtinendam facta proposita, illa prorsus inuerti, pro verbis, *los compradores*, reponens illa, quamuis æquipollentia, *los que compran*, omittentque punctum, ibi apponendum, & adiciens illud post verba, *los censos, y tributos*, atque ita verba generalia, *los que compran*, restringens ad emptores censuum, ac rursus pro verbis, *e hipotecas*, & *hypotecas*, que vno spiritu legenda erant, cum verbis *los censos, y tributos*, proxime præcedentibus, & referenda ad verbum, *sabiendo*, apponens verba illa, *los censos, y hipotecas*, & sic repetens verbum, *los censos*, loco verbi, *e hipotecas*, perperam ex puncti, quomodò omnino diuersus sensus constituitur, illorum opinionem non obscure probans, qui multò etiam antè quam lex illa prodidisset, exultimant, emptores censuum, censeferi emere res illis subingatas.

Vnde non temere (ni fallor) conicio, tam magnam verborum translationem, ita sensum eorum diuersificantem, non fortuito, aut errore aliquo accidisse, vt Rodericus in memorato loco videtur supponere, sed ab ipso potius compilatore, eius opinionis affecta, consulto factam fuisse, vt eandem ex illa lege intrinsecus, notissimos poteitatis suæ terminos egressus. Id quod t ex ipsa eius legis principali decisione manifestus fit, dum statuit, in qualibet ciuitate, vel oppido, infiditacionis caput constituitur, publicum librum esse oportere, in quo censuales contractus, vel similes, cuiumque oneri rem afficientes, intra sex dies à die celebrationis eorum describantur, aliàs fidem nullam faciant, nec præiudicent tertio eius rei possessori, etiam a venditore causam habenti, quominus onus illud reculare valeat. Quæ sanè lex nullum alium finem habere potuit, quam vt emptoribus rerum, super quibus quecumque tributa, vel onera essent imposita, consuleretur ne eas quasi liberas ex ignorantia emerent, licetque postea, & sibi a creditoribus motas excipere, & ipsi aduersus venditores mouere cogentur, quas vitare fa-

cille potuissent, de onere census, tributi, vel hypothecæ ex libri illius inspectione certiores facti, atque adeo ad huiusmodi rerum emptionem, venire minime properantes. Quam quidem rationem originalis illa in comitiis proposita petitio plane expressit, compilatoris autem præsumpta authoritas, ne dicam temeritas, vt priuati ipsius sententia desereret, proculdubio obcurauit, ac labefactauit.

Illud tamen pro coronide circa præfatam compil. legem obiter monendum duxi, quod etià ea in Hispalensi ciuitate, aliter atque in alijs, in viridi adhuc obseruantia sit quoad descriptionem censualium, vel hypothecariorum contractuum, quam fieri frequentissimum est in libris capituli, seu concilij Hispalensis, ad hoc specialiter designatis, non tamen æque in praxi recepta est quoad nullitatem eiusmodi contractuum, ita vt possessores rei, super qua onus census vel hypothecæ impositum est, illud ob id euitent, quod in libris capituli descriptum non fuerit, nec enim à tali onere, quasi nulliter imposito liberantur, quia contractus illi nihilominus valent, vt sæpe in Hispalensi Senatu me indice pronunciatum est, & postea in Granatensi in causa executiua census Hispalensis aduersus Donnam Ioannam Ramirez, vxorem Don Balthazaris Perez de Viuero, decurionis Granatensis, ipsiusque Balthazaris eius nomine. Sed admissa ac intellecta tantum est Lilla quoad negandam prælationem censuarum est hypothecariis creditoribus, qui id onus cum die & anno impositionis in publico ciuitatis libro describi non curarunt, eamque concedendam posterioribus, qui id descripti fecerunt; horum namque causa in creditorum concursu passim potior habetur.

DISSERTATIO XXXII.

De pacto de retrouendendo venditioni adiecto, an, & que actio ex eo, pacti conditione eueniens aduersus emptorem, vel alium possessorem rei sic comparatæ competat pro ea recuperanda; ad interpretationem quamplurimum iuris locorum, maxime verò text. difficilis in l. si cum venderes 13. in princ. ff. de pig. act. & obiter nonnulla de gabelle alteriusve oneris iure, ex huiusmodi contractibus soluendo.

S V M M A R I A.

- 1 Dissertacionis introductio ammittitur, eiusque commendatur difficultas, & assiduus in foro vsus, maxime in Hispalensi Senatu.
- 2 Pactum de retrouendendo à pacto legis commissoria in duobus potissimum discrepat. Quorum 1. est, quod in pacto legis commissoria pretij solutio sub resolutionis contractum poena in diem differtur, at in pacto de retrouendendo ipsa tantum venditionis recessio consertur in diem, quo per venditorem pretium fuerit emptori oblatum, & consignatum.
- 3 Secundo differt, quod pactum legis commissoria iuxta consuetam eius formam, verbis tantum directis concipitur; pactum verò retrouenditionis vice versa verbis tantum obliquis; & vtriusque exemplo.
- 4 Venditione à domino facta sub pacto de retrouendendo, verbis obliquis enunciato, dominium interim in emptorem omnino transferuntur, nec ad venditorem redit, nisi nouo facto, adueniente pacti conditione; id est, que emptor fructus perceptos suos irrevocabiliter facit, nec restituere tenetur.
- 5 Quod procedat indistinctè, nedum si pactum de retrouendendo in facultate venditoris sit positum, in quo omnes conueniunt; sed etiam si in emptoris voluntatem colla-

collatum sit in quo nonnulli dissentiant, quorum sententiam communem esse Corasius testatur.

- 6 Restitutio rei, & pretij iniuncta facta inter emptorem, & venditorem ex vi pacti de retrouendendo, etiam solo restitutorio verbo concepti, reuerà nihil aliud est, quam noua venditio ab emptore facta venditori pro antiquo pretio, quòd illi dederat, & nunc ab eodem recipi; contra plures, qui huic conventioni pacti de retrouendendo nomen negarunt, & aliud imposuerunt de re restituenda.
- 7 Pactum de retrouendendo per se solum omni iure licitum est, nec venditio is contractum, cui accesserit, de usura suspensum reddat, nisi alia interueniant circumstantiæ, & coniectura, ex quibus apertus arguatur animus, generatium mutuum exercendum sub preterito emptoris, & venditionis, & que illa sint? remissiuè.
- Cap. ad nostram 5. de empt. & vendit. cap. illos vos 4. de pignor. l. fin. vers. Oro si decimos, tit. 1. i. partia 5. l. 1. vers. Porque algunos, tit. 2. lib. 8. ordinam. que est lex 4. tit. 6. lib. 5. noue compilat. remissiuè explicatur, ibid.
- 8 Actio quo oritur ex vi pacti de retrouendendo, tres sunt potissima opinionis, quarum prior est, vt indistinctè, siue verbis directis, siue obliquis illud conceptum sit, sola personalis actio eueniens pacti conditione competat venditori, pretium offerenti, contra emptorem vt rem venditam restituat, non etiam realis aduersus eum, vel alium possessorem.
- 9 Venditor, ex quo rem cuius dominus erat, ex causa venditionis emptori tradidit, & pretium iniunctum ab eo recepit, ipsius rei dominum in emptorem transfertur.
- 10 Dominium, quod ab aliquo per venditionem, vel alium titulum, & traditionem simul ab eo factam recessit, non potest ad ipsum redire nisi simili traditionis actu; scilicet si solo titulo absque traditione in alium Dominium transferatur. Gloss. vlt. ad fin. in l. 1. C. de inoffic. donat. commendatur, ibid.
- 11 Lex si prædium 4. Cod. de edil. act. expenditur pro sententia eorum, qui ex pacto de retrouendendo, etiam verbis directis concepto, solam personalem actionem competere docuerunt, & de intellectu n. 31.
- 12 Actio redhibitoria non rescindit, contractum ipso iure, sed tantum per eam coitur venditor rem accipere, & pretium restituere.
- 13 Dominium rei vendita sub pacto additionis in diem, vel legis commissoria, pacti conditione eueniens ipso iure ad venditorem redit, licet interim emptoris sit, cum iure enim vendicandis à quolibet possessore. Et an id in illis pactis speciale sit? & n. 34.
- 14 Actionem nedum personalem, sed etiam realem, saltem vtilem, ex pacto de retrouendendo, etiam verbis obliquis, ei propriis conuenientibus concepto, venditori competere ad rem auocandam, siue ab emptore, siue ab alio quo: unque possessore existimauit primus Paulus Castrens. quem plures alij sequuti sunt.
- 15 Lex si cum venderet 13. in principio, ff. de pignor. act. vltra alia fundamenta, remissiuè tradita, præsertim pro hac sententia expenditur, & inducitur. Creditor pignus sibi datum vendere potest ex facultate sibi à debitore, vel iure concessa, ibid.
- 16 Actionem tantum personalem ex pacto de retrouendendo. D. D. Iol. Vela Dissertat. Iuris Tom. I.

dendo verbis obliquis concepto venditori competere, verbis autem directis etiam realem, veris & receptor sententia docet, quam Hispalensis Senatus passim amplectitur.

- 17 Pactum, cuius sit mentio in l. si à te 7. C. de pact. inter empt. & vend. absolutè, ac simpliciter differt à pacto legis commissoria; à pacto autem de retrouendendo differt tantum respectu proprie, & usitate forme huius generis pacti, non etiam respectu minus usitate propter verba directia, quibus conceptum est; aduersus Amon. Fabr. qui ab hoc etiam pacto illud simpliciter differe idè dicit.
- 18 Actio tantum personalis aduersus eum competit qui in contractu ad aliquid dandum, vel faciendum obligatur, vt id præstet, non realis, neque contra eum, neque contra alium possessorem rei, circa quam obligatio emanauit.
- 19 Actio sola personalis ex venditio, vel emptio, in contractu emptoris, & venditionis, cui nullum pactum admixtum est, competit aduersus emptorem, vel venditorem, ad id quod ex contractu quilibet præstare tenetur, non realis ad ipsam rem venditam.
- 20 Emptio is, & venditionis contractus si sit admixtum pactum aliquod, duplex in eam rem personalis actio prodita est, altera in factum, seu præstis pris verbis, altera ex emptio, vel venditio, & quare? Pactum in continenti contractui adiectum, eius coherentia vestitur, & informatur, ipsique legem dat. ibid. & an id indistinctè procedat nedum in contractibus bone fidei, sed etiam stricti iuris remissiuè, n. seq.
- 21 Pactum de retrouendendo obliquis verbis conceptum, vltra actionem ex emptio, vel venditio, ex ipso contractu resultantem, producit actionem in factum, seu præstis pris verbis, tam respectu emptoris, quam respectu venditoris, ad rem agentis oblato à se pretio. Lex 2. C. de pact. inter empt. & vendit. in eam rem potissimum expenditur, ibid.
- 22 Actio ex pacto de retrouendendo obliquis verbis concepto ad hoc competit, vt venditori pretium offerenti vicissim res vendita restituatur, cum qua actione minime se comparatur actio realis, si natura competens ad rem velut propriam vendicandam, & quare? Emptio rei sua non consistit, & quare? ad l. suæ rei 16. ff. de contrahend. empt. ibid.
- 23 Lex qui hominem 19. ff. de vlticap. oprime expenditur, & intelligitur.
- 24 L. si à te 7. C. de pact. inter emptorem, & vendit. optime inducitur, ac declaratur, cum numero seqq. vsque ad n. 30.
- 25 Accursum ibi in verbo petis, taxatur.
- 26 Venditori sub pacto de retrouendendo, verbis directis concepto, aduersus emptorem, se subrahentem à receptione pretij, consultiur iudiciali eius depositione, & obsequatione.
- 27 Venditor huiusmodi obsequationem faciens, rei venditæ dominium ipso iure retinet, si cuius potest nedum ab ipso emptore, sed & ab alio quocumque possessore rem vendicare.
- 28 Pactum legis commissoria, non magis impedit veram dominij translationem ex causa venditionis, & traditionis, quam pactum de retrouendendo, & quare?
- 29 Venditori sub pacto legis commissoria, verbis directis iuxta consuetam eius formam concepto, eius pacti conditione eueniens, realis competit actio ad rem vendicandam.



Vnde inferitur ad pactum de retrovendendo, iisdem verbis conceptum, ibid.

30 Ratio, que in pacto legis commissoria facit, ut pretio ab emptore statuto tempore non soluto, venditio ipso iure resoluitur per fictionem translationem, eadem enunciat in pacto de retrovendendo iisdem verbis concepto, ut pretio per venditorem intra praefixum diem emptori reddito, vel configurato, censetur per eandem fictionem dominium ab eo recessisse.

31 Actio redhibitoria, concessa in l. si praedium 4. C. de aedilic. act. non datur venditori aduersus emptorem, sed emptori, cui praedium venditum displicuit, aduersus venditorem, ut eo recepto pretium restituat, & eius rei ratio: aduersus Barbosam, & alios.

32 Pacta legis commissoria, & additionis in diem, faciunt ut eorum conditione eueniente, fructus interrim ab emptore percepti, venditori restituendi sint.

Idem in pacto de retrovendendo, ad illorum formam (hoc est verbis directis) concepto siue ex parte venditoris, siue emptoris, ibid.

33 Resolutio contractus emptionis, & venditionis, que fit ex vi pacti resolutorij ex parte emptoris ob rei displicentiam, operari non potest respectu venditionis rei vendite, & quare?

34 Pactum resolutivum, verbis directis venditioni adiectum, eius resolutionem ipso iure operatur, quasi nunquam a venditore dominium recessisset, nec id potius est in pactis legis commissoria, & additionis in diem.

35 Verba illa l. si cum venderet, ff. de pignorat. act. licet ei recipere rem suam, non sunt obliqua, sed directa.

Heronymi Cognoli, & sequacium intellectus ad l. si cum venderet, impugnatur.

36 Verbum rem suam, dominium eius, ad quem refertur, indicat.

37 Pignoris a creditore venditi natura illa est, ut resoluta quocumque casu venditione, dominium per eam in emptorem translatur, ipso iure resoluitur, & penes antiquum dominum, nempe debitorem permancat.

38 Lex voluntate 10. §. creditor quoque, ff. quibus mod. pignus, vel hypoth. solu. intelligitur, contra Barbosam.

39 Lex si cum venderet 13. ff. de pignorat. act. in pluribus ab Authore expensis valde difficilis est, & n. seqq.

40 Actiones plures contraria concurrere non possunt, & quando secus?

§. Lex 1. §. quia autem, ff. quod legatorum, optimi intelligitur, ibid.

41 Actiones duae personales superfluo concedi videntur, & nulla talis contra tertium possessorem competere regulariter potest.

42 Ant. Faber emendans litteram l. si cum venderet, 13. ff. de pignorat. act. subtilis verbis quibusdam, que Triboniani esse auctonatur, & difficulta legum verba, que ipse extricare nequit, Triboniano passim impingens, taxatur.

43 Actiones duae, realis, & personalis, possunt alicui ex diuersa causa competere, & eius rei exempla, cum 6. n. seqq.

44 Commodans, & deponens, aduersus commodatarium & depositarium tam personalem, quam realem actionem habent.

45 Debitor pignus creditori tradens, ad illud recuperandum, soluto a se debito, habet actionem pignoratitiam, & revendicationem.

46 Solvens ignoranter nummos suos alicui sub eadem

ignorantia accipiens, habet eam quasi ex contractu mutui obligatum, atque ita ipsum convenit pro illius potest actione personalis ex quasi contractu & revendicatione.

47 Legatarius certa speciei qua testatoris suis si legatum non repudiet, verus eius dominus est ab adita hereditate, & sic iura a morte testatoris.

48 Legatarius heredem aduentem hereditatem obligatum habet actione ex quasi contractu.

49 Legatario aduersus heredem triplici actione consultum est: personalis, realis, & hypothecaria, & qualiter hoc procedat?

50 Lex 1. & 2. C. communia de legat. §. sed olim, vers. Nostra autem, in lit. de legatis, & similia iura exornantur.

51 Actio nam duarum, vel plurium contrarietati electione alterutrum, ab eo cui competunt facienda occurrunt, & que sit huius electionis utilitas?

52 Furtum odio introductum est, ut duplex aduersus eos actio ad rem persequendam dominus competat: realis nempe, & personalis seu condictionis, quam in rem plura iura offeruntur, & in quo consistat specialitas & num. seqq.

53 Contractum, neque quasi contractum cum iure nunquam videri potest ob contrarias omnino voluntates juris & domini.

54 Actio personalis seu condictionis contra furem pro re furuius si iuris apices inficiamus, competere nullo modo potest.

55 Aequitas non patitur, ut ex eo ipso, ex quo penam sui meretur, commodum est, & ideo id potius proficit ad actionem aduersus eum concedendam.

56 Condicio omnis degenerat contra contra furem, & quare?

57 Condicio datur respectu solius possessionis, cuius etiam dominium quoddam est, cum Cuias, & alius, contra D. Richardum, qui aduersus aperta iura loquuntur est.

58 Condictionis actione multo plenius, & efficacius domino consultitur aduersus furem, quam realis, & quare?

59 Condicio contra furem datur, rem quoque amissa, vel exiuncta absque villo eius dolo, & quare?

60 Fur si sola reali actione pro re furuiua conueniri possit, ea ante luis contestationem exiuncta liberaretur.

61 Condicio fortuita datur etiam domino re perempta aduersus iuris heredem, & quidem in solidum, contra Cuias, qui putauit, tamen teneri furem heredem quatenus ad eum peruenit.

62 Fur si sola reali actione conueniri possit pro re furuiua non potest eius hares tali actione conueniri nisi quatenus possideret, aut dolo possidere desisset.

63 Fur ille intelligitur, ut actio realis, & condicio fortuita aduersus eum competat, qui nummos in doliobis scilicet accepit, item creditor, qui post solutam sibi pecuniam pignus retinet, & colonus finis locacione fructus percipiens.

64 Condicio rei propria aduersus eos etiam datur, qui & si suspecta iuris censura iures non sint, eis tamen proxime accedunt.

65 Raptor suae bonorum mobilium per vim arreptorum, proprie fur non est, tamen latro fur est, improbius vero, ac proprio fure, & ideo condicione tenetur.

66 Prædator siue violentus inimicibilium possessor, proprie fur non est, tenetur tamen ut fur condicione actione, & revendicatione.

67 Vxor res mariti, vel dotales amouens, & de conuerso propria furis actione non tenetur, sed honestiore rerum amouentium, & rursus condicione, & revendicatione.

68 Actiones duae personales in l. si cum venderet, ff. de pignorat. act. non superfluo conceduntur, quia non coniunctim sed alternatim dantur, & vna electione altera collitur, ut in actionibus ita concessis regulare est.

§. Lex si mulier 21. §. vlt. vers. Si coactus, ff. quod metus causa, & similia iura explicantur cum Osual. Hellig, aduersus plures alios, ibid.

69 Actio illa, & si ex eodem venditionis contractu nascatur, diuersimodè tamen inde proficiuntur.

70 Actio in factum in l. si cum venderet, ff. de pignorat. act. conceditur debitori ex pacto, à creditore pignus vendente initio cum emptore, aduersus emptorem ipsum, etiam si tertium, ac singularem rei possessorem.

71 Actio ex contractu, ex pacto cum vno celebrato non datur contra alium, cum eiusmodi pactum interpositum est super re paciscentis propria, secus si super re tertij, in cuius fauorem illud emanauit, siue res daretur sua, siue non.

72 Lex si creditor 7. §. 1. ff. de distract. pignor. explicatur, & qualiter eius species differat à specie lege si cum venderet, ff. de pignorat. actio.

73 Dicta lex si creditor, in principio, explicatur, & qualiter differat eius species ab ea, qua proponitur in §. 1. ciuidem l.

74 Pactum ex re, vel super re alterius contrahendo interponens, censetur quasi illius procurator id fecisse, atque ita vtilem est abique cessione actionem acquirit.

§. Regula l. solutum 1. §. per liberam, ff. de pignorat. act. & similia, limitatur, ibid.

75 D. Ant. Pichardi intellectus ad l. si cum venderet 13. in princ. ff. de pignorat. act. conuincitur, eiusque legis verba noue expendantur.

76 Gabelles an debeantur ex venditione resoluta virtute pacti legis commissoria, vel additionis in diem, aut de retrovendendo? questio est bimembris.

77 Gabellem, vel landemium non debentur ex venditione resoluta virtute huiusmodi pactorum verbis directis conceptorum, & solutum, vel solutam repeti posse existimantur plures, & quare?

78 Senectutia ista, quod ad landemium attinet, ut verior retinetur, & quare?

79 Quoad gabellem vero, velus falsa, & iuris principis repugnans exploditur, & quare?

80 Ius fisco, vel alteri tertio ex venditione semel perfecta questum quoad gabellem non potest ei tolli ob resolutionem contractus postea contingentem, etiam virtute pacti resolutorij.

§. Fictio retrotractiua in tertij prauidicium nihil operatur, ibid.

81 Venditione ab ipsa lege rescissa virtute redhibitoria actionis, vel lesionis ultra dimidiam, fisco, vel alteri tertio, cui ius interim questum erat, non prauidicatur.

82 Fidei commissarius condicionalis interim dum conditio pendet, valide alienat, post cuius mortem venditio ab initio resoluitur absque prauidicio fisco, cui interim ex venditione ius gabella questum est.

83 Contractus tempore ubi actum est de eo resolutus, resolutio eius pacti virtute postea facta, non est proprie resolutio, hoc est talis, que non contractum aquiparetur, sed executio ipsius contractus, ex qua non debetur gabella, que à statuto de contractu solui iubetur.

84 Contrahentium verba cum ordinata sunt ad veram contractus resolutionem, hoc est directam, siue ip-

so iure contingentem, non iniur per eam nouus contractus, & ideo de illa non debetur gabella.

85 Redhibicio non est noua venditio, de qua noua debetur gabella, à statuto solui iussa de qualibet venditione, siue fiat ratione morbi, siue ratione pacti resoluti apposti in contractu, siue id sit legis commissoria, vel additio in diem, siue similes pui retranslationis domini ipso iure.

86 Forma practicandi resolutionem contractus, ex post facto re non integra factam, siue illa non sit nouus contractus, nec ex ea debetur gabella ex Angelo traditur, docente gabellem debent ex ipso contractu resoluti, & quare?

§. Gl. penult. in l. 1. Cod. quando liceat ab empt. discedere, ab Angelo ad id commendantur, & explicatur.

87 Pauli Castrensis verba in idem expendantur, ac declarantur.

88 Resolutio contractus, que fit ex vi redhibitoria actionis, vel legis commissoria, non triquit titulum, nec potest dici nouus contractus, ideoque ex ea non debetur gabella, de contractu solui iussa.

89 Doctores omnes docentes ex resolutione contractus, quae fit virtute pacti resolutorij, gabellem non debentur plane sentiant, illam debentur ex contractu ipso resoluta, quam sententiam doctissimi viri sequuntur, & inter eos ex nostris Am. Gomezius, à quo perperam nonnulli Reguola recesserunt.

90 Gabellem ex venditionis contractu debentur, nec solutam repetitum si postea resolutus est ex vi pacti de retrovendendo verbis directis conceptis, communitate Regnicola agnouerunt.

91 Deberi tamen ex contractu celebrato sub pacto de retrovendendo, maximum verbis obliquis concepto, non etiam ex distractu frequentius sentiant, ac docuerunt interpretes, & quare?

§. Venditori apud nos gabelle solutio regulariter incumbit, ibid.

92 Gabellem debentur ex distractu facta ex vi pacti de retrovendendo, aut simili, verbis obliquis enunciatis, expresse docuit Paul. Castrensis, ac nonnulli alij senserunt.

93 Item aperte docuit Garsias Gironda, & quare eam sententiam tribuunt Paladorio, & alius qui contrarium potius docuere, cum n. seqq.

94 Conuentio de resoluendo contractu si fiat post contractum initum, ac rei & pretij traditione confirmatum, duplex debetur gabella, altera ex prima venditione, altera ex resolutione, qua nouum contractum & alienationem inducit.

95 Pactum de retrovendendo, inconueniens venditioni verbis obliquis adiectum, non efficit quod rescissio, illius virtute facta, desinat fieri non integra post primum venditionis contractum initum, ac rei, & pretij traditione confirmatum.

96 Actum fieri tempore inhabili, & conserri in tempore inhabile, idem est.

97 Venditor domus si cum emptore in eodem contractu paciscatur, ut eodem pretio, quoad pro ea accepta à se postea emptori reddio, vincam pro eo ab ipso emptore accepturus sit, noua gabella ex vicia venditione debetur, licet ex vi illius pacti fiat.

98 Gabellem qui negant debentur ex distractu facta ex vi pacti obliqui de retrovendendo, illam tamen concedant si distractus fiat pro maiore, vel minore pretio.

99 Distractus factus ex vi pacti de retrovendendo non eo minus diuersa venditio, censeri debet, quod pro eodem pretio fiat, quam quod pro diuerso.



100 Pretium quodcumque ubi accedit, ibi contra-  
tus emptionis, & venditionis interuenire cen-  
setur.  
¶ Plus, & minus non mutant rei substantiam,  
nec variant speciem. ibid.

**V**ESTIO isthac apud interpretes  
non parum controuersa, non semel in  
Hispalensi Senatu (vbi contractuum  
materia valde pullulat, & circa eam  
exorta lites ex ipsi etiam subleuatis passim expediuntur) me iudice agitata est, quae cum illi sit valde proxi-  
ma, & connexa, quam dissertat. 30. circa pactum  
legis commissoriae obiter pertractauimus, nec simul  
ibi tractari posset, quin principalis quaestiois dil-  
cursum impediret, hunc in locum commodius rei-  
cienda mihi visa est. In qua quidem breuior, ac fa-  
cilitatis doctrinae gratia ita me geram, vt nonnullis  
praemissis, singulas opiniones, earumque potissima  
fundamenta, referam, vtiorem ex his, & a Senatu  
passim amplexam eligens, contrariumque funda-  
mentis, his nempe, quae difficultiora Doctoribus visa  
sunt, nec factis ab eis haecenus extricata, verissimum  
(ni fallor) responsum aptans.

Sciendum itaque in primis est, pactum hoc, quod  
de retrovendendo vocatur, a pacto legis commissoriae,  
de quo in relata dissertat. egimus, in duobus potissi-  
mum differre. Primum, quia in commissoriae legis pa-  
cto pretij solutio sub resolutionis contractus poena in  
diem differtur, leg. 2. cum pluribus sequentibus, ff. de  
lege commiss. at vero in pacto reuenditionis non pre-  
tij solutio, quae iam ab initio facta supponitur, sed  
ipsa tantum venditionis reuenditio confertur in diem,  
quo vel emptori res vendita displicuerit, vel per ven-  
ditorem pretium fuerit emptori oblatum, & configu-  
ratum, l. qui fundum 40. in fine. principij, illic. Et si in  
diebus triginta renunciauerit, minorem modum agri esse,  
quauis multis post annis posse eum quo minor is modus  
agri esset repetere, ff. de contras. empt. l. si conuenit 6.  
illic. Si conuenit, vt res, qua venit, si intra certum tem-  
pus displicuerit, reddere, ex emptio actio est, ff. de  
relecin. vendit. leg. si sterilis 21. (al. 22. §. sed & si  
ita fundum, ff. de act. empti. l. si vir uxori 12. illic. Si  
eos fundos, si ipse vellet, eodem pretio mulier transcri-  
beret viro, ff. de praescrip. verbis. l. quod si nolit 31. §. si  
res in uenerit, ff. de adilitio edicto, leg. 2. Cod. de pact.  
inter emptorem, c. ad nostram 5. de empti. & vendit. cap.  
illo vos 4. de pignoriibus, l. 42. tit. 5. part. 5. & vltia  
ordinarios vbiq; obseruat Iacobus de Nigris ad leg.  
si insulam, a num. 103. ff. de verbor. oblig. & qui eum  
refert, ac sequitur Franciscus Caldas Percy. de empti.  
& vendit. c. 18. num. 20. Secundum quia pactum legi-  
s commissoriae, iuxta conuetum eius formam, ver-  
bis tantum directis concipitur, puta vt res sit inempta,  
vel aequipollentibus, vt ostendimus d. dissert. 30.  
n. 51. & 52. at vero retrovenditionis pactum vice  
verba verbis tantum obliquis frequentius enuncia-  
tur, puta vt res vendita per emptorem reddi, aut  
per venditorem repeti possit, vel venditori restitu-  
atur, aut similibus, d. l. qui fundum, d. l. si conuenit,  
cum aliis proximè relatis, vbi notatur omnes, & nos  
d. dissertat. 30. num. 57. nonnulla exempla huiusmodi  
differtur retrosumimus. Quae \* plane quidem indi-  
cant, dominium ex huiusmodi pacto, ita concepto, in  
emptorem interim omnino esse translatum, nec ipso  
iure, sed nouo facto, adueniente pacti conditione, re-  
solutum, & ad venditorem reuertum, ita ut & fructus  
(qui dominium sequuntur) l. solum 40. §. mem. ff. de  
reudicac. l. Herennius 42. ff. de usuris) suos irreuo-  
cabilius emptor faciat, ante pretium sibi solutum,  
vel oblatum, d. l. 2. (per argumentum a contrario sen-  
tu) illic. Habita ratione eorum, qua post oblatam ex-

pacto quantitatem ex eo fundo ad aduersarium peruene-  
runt, Cuius pactis inter emptorem, l. 42. tit. 5. part. 5.  
notat gloss. verbo patet, in d. c. ad nostram, & verbo per-  
cepti, in d. c. illo vos, vbiq; communis, quam re-  
soluunt Tiraquel. d. retractu conuenionali, §. 5. gl. 2.  
n. 1. & 2. Nanartus in manuali. c. 17. n. 248. verli. Se-  
cundo quod emptor, Anton. Gom. variat. resol. lib. 2. c. 2.  
n. 27. D. Præles Conar. variarum itidem resol. lib. 3.  
c. 8. n. 6. vetli. Hoc autem mirum, Menoch. de praesump-  
tib. 3. praesumpt. 12. n. 17. Pat. Lud. Molli. de iust. & iur.  
tom. 2. disp. 374. num. 3. Petr. August. Morla in emporio  
vriusque iur. tit. 9. de contrah. empt. q. 15. per totam,  
maximè num. 6. a verli. Qua in difficultate, Idque indi-  
stincte, \* nedom si id pactum in facultate venditoris  
sit positum, in quo omnes conueniunt, vt proximè  
relati testantur, sed etiam si in emptoris voluntate  
collatum sit, vt cum relata gloss. verbo percepti, Imola,  
& Cardinali non. 18. in d. c. illo vos, & aliis, contra  
communem relatum a Corafo miscol. lib. 3. c. 9. n. 5.  
longè vetius esse concludunt D. Conar. d. lib. 3. var.  
in princ. & num. 1. vers. Nam & si opinio, Ioan. Bapt.  
Lupus ad r. latam l. 2. C. de pactis inter empt. in  
prae. 2. p. n. 25. Menoch. d. n. 17. D. Ioan. del Castillo  
quorid. controu. tom. 2. cap. 25. n. 60. post princip. verli.  
Constituendo in primis. Quibus consequens est \* rei,  
& pretij iniucem pactum restitutionem in praefato  
retrovendendo factum, etiam si hoc restitutionis verbo  
dumtaxat contrahentes vtantur, teneat nihil aliud  
esse quam nonam venditionem, ab emptore factam  
venditori pro antiquo pretio, quod illi dederat, &  
nunc ab eodem recipit, maleque proinde conuentio-  
ni huic a nonnullis Doctoribus, ad sonum verborum  
magis, quam ad ipsam rei substantiam recipientibus  
contra l. 2. C. communio de legat. cum similib. pacti de  
retrovendendo nomen negari, & aliud imponi de re  
restituenda, quos refert, & taxat meritò Pinel, in l. 2.  
C. de reuend. 2. p. c. 5. n. 27. cui accedit Morla in em-  
por. tit. 10. de locato, & conducto in praesud. n. 11. quod  
& obseruat, Pinel in memor. Ignatius Lafate de decima  
vendit. c. 14. n. 40. vers. Nec obstat, quicquid priorum  
illorum sententiam defendere nitatur D. Ioan. del  
Castil. d. c. 25. n. 29. ad 38. quod minimè (me hercle)  
facturus foret, si Pinellum, & alios proximè relatos  
vidisset.

Rursus praenotandum est, pactum litud de retro-  
vendendo, per se solum omni iure licitum esse, nec  
venditionis contractum, cui accesserit, de vltura suspen-  
dium reddere, nisi aliae interueniant circumstantiae, &  
coniectura, ex quibus aperta arguatur animus, scne-  
tatitium mutuum exercendi sub praetextu emptionis,  
& venditionis, quas licet colligere ex d. c. ad nostram,  
& ex d. c. illo vos, l. fin. vers. Orosi decimos, tit. 11.  
part. 5. l. 1. vers. Porque algunos, tit. 2. lib. 8. ordinam.  
veteris, quae est lex 4. tit. 6. lib. 8. noua compil. & ad  
horum iuris locorum interpretationem, vltra DD. obi-  
que not. Ant. Gomez d. c. 2. n. 27. verli. Et adde, D. Co-  
uar. d. lib. 3. var. c. 8. n. 3. vers. His lanè, & n. 4. & c. 9.  
n. 2. Greg. Lop. a paucis animaduertens in l. 28. gl. 3.  
vers. Tercio limita, tit. 8. part. 5. P. Lud. Mol. tom. 2.  
disp. 375. ex n. 2. ac post plures alios, eosque selectio-  
res, examinat optime, duas recensens opiniones, iura-  
que illa per quam lepidè declarat, Felician. de censib.  
lib. 1. c. 6. n. 13. cum segg. & latius ac prolixius tractant,  
penè innumeros congenentes, omniumque referentes  
opinionis, quas ad lex reducunt, Fachin. controuers.  
iur. lib. 2. cap. 12. per tot. & D. Ioan. del Castil. quorid.  
controuers. lib. 2. toto illo cap. 25. maximè a num. 42. §. 5.  
c. 1. c. 6. n. 13. cum segg. & 81. quibus coniecturas, iure  
tam forti, quam poli id pactum admittibile, ac legiti-  
mum esse ex receptissima omnium sententia sta-  
tuunt, maximè Felician. d. cap. 6. num. 12. & num. vlt.  
in fin. & Castillus d. c. 25. n. 3. & 9. qui plures cumu-  
lant,

lant, quibus adhuc nonnulli adiciunt Morl. in empo.  
d. tit. 9. q. 14. n. 1. & Bernar. Graeu. praet. concluf. lib. 2.  
concl. 16. sub eodem item ego Cuiatrem Barcium,  
duas praecipuas opinionis referentem, nec paucos  
etiam pro vtraque cumulatam, deess. Bononia 123.  
per totam.

Quibus praedictis, in quaestione nostra tres sunt  
potissime opiniones, duae extremae, quas reulit, nihil  
tamen certum circa alterentius veritatem firmans Ce-  
nallus praet. quast. conuen. contra commun. lib. 1. q.  
299. & altera media, distinctionis foedere, quod ille  
non admiserunt, totam hanc controuersiam compo-  
nens. Prior itaque sententia generaliter, & indistinctè  
vult, ex pacto de retrovendendo, quibuscumque sit  
verbis conceptum, adeoque etiam directis, in co mi-  
nus vltatis, solum personale actionem euicentem pa-  
cti conditione competere venditori pretium obtinen-  
ti, contra emptorem, vt rem venditam restituat, non  
etiam realem, siue aduersus eum, siue etiam alium, in  
quem ipse eandem rem quolibet titulo transfulerit;  
sic etenim docuerunt Bari. in l. 1. n. 10. ff. de donat.  
in l. si hominem 19. vers. Quero vtrum, ff. de usucap.  
& in l. si praedium 4. vers. Ego dico, C. de adilit.  
act. Alex. conf. 10. ex n. 2. vol. 1. Vdalticus Zasius conf.  
12. a. n. 34. Carol. Ruin. conf. 52. n. 15. & 16. lib. 1.  
ac plures alij congesti a Tiraq. de retract. conuen-  
tionali §. 1. gl. 7. ex n. 12. D. Couar. var. resol. lib. 3.  
cap. 8. n. 2. in princ. Felician. de censib. lib. 1. cap. 6.  
n. 10. in princ. Morla in empor. iur. tit. 9. de contrah.  
empt. q. 14. n. 9. Fachin. controuers. iur. lib. 2. cap. 15.  
vers. Altera sententia, cum vers. seq. congesti inquam,  
non etiam probati, vt inferius videbimus; eidem ve-  
dè sententiae calculum praebuerunt Ant. Gom. var.  
resol. tom. 2. cap. 22. n. 29. Mingierius singularium  
obseruat. centuria 6. obseruat. 69. Gaillius praet. ob-  
seruat. lib. 2. obseruat. 16. n. 3. & 4. Pat. Ludon. Mo-  
lin. (male tamen pro se Greg. Lop. adferens, vt infra  
videbimus) de iust. & iur. tom. 2. disp. 374. n. 9. Petr.  
Barbola in l. si mora 10. 2. part. a num. 69. vers. Et  
idem receptum, ff. solut. matrim. Modestinus Pistor  
conf. 13. num. 30. vol. 1. Hartmannus Pistor variat.  
quast. lib. 1. quast. 21. num. 7. & n. ult. ad fin. Hermanus  
Vulteus confil. 19. a. n. 22. vol. 3.

Quae sententia pluribus intruitur fundamentis,  
quorum haec sunt potiora. Primum est, quod vendi-  
tor, ex quo rem, cuius dominus erat, ex causa vendi-  
tionis emptori tradidit, & pretium iniucem ab eo re-  
cepit, ipsius rei dominium in emptorem transtulit,  
l. procuratoris 58. sed si dedit, illic. Quia res vendita  
non aliàs desinit esse mea, quamuis vendidero, nisi are  
soluta, ff. de tributor. act. l. quod vendidit 19. illic. Aut  
pretium nobis solutum sit, ff. de contrah. empt. §. ven-  
dit, illic. Non aliter emptori acquiruntur, quam si  
venditori pretium soluerit, inst. de rer. diuis. ergo non  
potest tale dominium, \* ac per consequens realis  
actio, eius ratione competens ex l. in rem actio 23.  
cum vulgat. ff. de rei venditac. ad venditorem redire,  
nisi simili traditionis actu; consequentia probatur ex  
l. 1. vers. Etenim post regulam l. C. quando licent  
ab empe. disced. iura d. regula l. si ager 50. ff. de rei  
vendit. & legis traditionibus 20. C. de pact. cum simi-  
libus nec non doctrina gl. vlt. ad fin. in l. 1. C. de inof-  
ficioso donat. quam vltra Alexandrum, & plures alios  
ex supra relatis, notabilem, ac receptam dicit Anton.  
Gom. ad l. 40. Tauri n. 2. ad finem, vers. Confirmatur  
etiam, Cald. Percy. alios congerens de empti. & vend.  
cap. 28. num. 22. vers. Sed repugnat, quae discrimen  
constituit inter dominium in aliquem translatum ex  
titulo, & traditione, & id, quod ex solo titulo trans-  
fertur, vt primum ipso iure non redeat ad eum, a quo  
semel recessit, etiam si postea titulus rescindatur, sed  
noua traditione indiget, secundum vero ipso iure

redeat absque noua traditione; in cuius distinctionis  
priori membro veriamur, vt dictum est, argue ita  
hic solum personale actionem manere, quae ad ter-  
tium possessorem minime transit, iuxta vulgata iura;  
quorum late superius meminimus dissert. 12. sub n. 351  
non etiam realem, quae possit aduersus quemcumque  
possessorem exerceri, Quod & apud nos probatum vi-  
detur in l. 42. verli. Et si penat. i. §. parua 5. illic.  
Enonze el comprador es tenido de tornar la cosa en  
todas guisas, si es en su poder, e si en su poder non es, de-  
ue pechar al vendedor todos los danos, & c.

Secundum huius sententiae fundamentum fun-  
ditur ex d. l. si praedium 4. C. de adilit. act. his verbis:  
Si praedium quis sub ea lege comparauit, vt si displice-  
rit, inemptio sit, id vtrius sub conditione venditum re-  
solui, & redhibitoriam actionem aduersus venditorem  
competere palam est; quem Textum sic ex ceterorum  
mente inducit Barbola vbi supra, ait enim pactum, de  
quo ibi, retrovenditionis fuisse, quod pretium iam so-  
lutum, ac dominium in emptorem plenè translatum  
supponit, simileque fuisse pacto legis commissoriae  
in conceptione illa, quod res sit inempta, & tamen Tex-  
tus ipse vult, quod adueniente pacti conditione per-  
sonalis actio competat, nempe redhibitoria, \* per  
quam certum est non rescindi contractum ipso iure,  
sed tantum per eam cogi venditorem rem accipere, &  
pretium restituere, l. cum autem 23. §. auantum, ff. de  
adilitio edicto.

Vltimum argumentum ex eo nititur, quod specia-  
liter in iure eantem reperitur in pacto addictionis in  
diem, & legis commissoriae, vt conditione euicentem  
dominium rei vendite ipso iure ad venditorem re-  
deat, & consequenter ius eam vendicandi, a quolibet  
possessore, quod interim emptoris est, l. si quis hac 4. l.  
ff. de rei venditac. l. in ff. de lege commiss. l. commissoria  
4. C. de pact. inter emptorem, etgo ceteris pactis hoc  
negatum videtur, ex regula Text. in l. quod vero 14.  
cum segg. ff. de legibus.

Alter extrema sententia vice versa affirmat, ex pa-  
cto de retrovendendo, etiam verbis obliquis, ei pro-  
prie conuenientibus concepto, non dum personale,  
sed etiam realem actionem lateam vtilem venditori  
competere, ad rem venditam siue ab emptore, siue ab  
alio quocumque possessore auocandam; quam sen-  
tentiam primis inuexit Paulus Castren. in l. si cum  
venderet 13. in princ. n. 6. ff. de pign. act. cui assen-  
tiuntur Ioan. de Anania, Decius, Socin. iur. & alij re-  
lati a Tiraq. de retract. conuen. d. §. 1. gl. 7. n. 6. & 7.  
& a D. Couar. eis accedente d. lib. 3. var. cap. 8. n. 3.  
Morla, & Fachin. qui tamen ab eis recedunt, vt post  
videbimus, illo in empor. iur. d. tit. 9. n. 8. hoc vero d.  
lib. 2. contron. cap. 15. post initium, verli. Tres sunt, & vlt-  
tra illos Borguinus Caualecanus, qui hanc sententiam  
magis communem, & quorem, ac rationabiliorem vo-  
cat, & secundum eam indicatum testatur deess. Finiz.  
nensi 16. n. 6. & 7. in llo num. 30. p. 2. Annas Ro-  
bertus, ita etiam iudicatum referens, verum iudicatum  
rum lib. 3. cap. 14. Hieron. Schurfus conf. 70. n. 16. cen-  
tur. 1. & conf. 40. cent. 2. in quibus citatur a Vuleio  
d. conf. 19. n. 20. vol. 3. ac rursus idem Schurfus conf.  
46. n. 7. cent. 3. vbi dicit se hanc partem credere de  
iure verissimam, & post plures alios Marius Giurb.  
deess. 93. n. 1. Antoninus de Amato var. resol. lib. 1. re-  
sol. 19. n. 2. D. Per. de Lara in compend. vita homin. ca-  
p. 23. n. 20. ad fin.

Pro qua sententia quinque afferuntur funda-  
menta a Fachin. vbi proximè, verli. Argumenta sunt ista, &  
figillatim diluuntur post verli. Altera vero pars, ex  
quibus id tantum referam, quod ab eo non satis ex-  
plicatum est, nec ab alio, quem videmus Id vero sumi-  
tur ex d. l. si cum venderet, quo locum creditur pig-  
nus sibi datum venderet ex factum sibi a debitore,  
K x 4



vel iure concessa, iuxta Text. in l. si conuini, 4. ff. eod. tit. de pign. act. l. non est nouum, 46. ff. de acq. rer. dom. & in §. contra autem, cum relatis à D. Pichard. n. 1. inf. quib. alienare liceat (de quorum iuris locorum intellectu vltra ordinarios videndi sunt Donel. in tr. de pign. c. 12. de distr. pign. Euerardus Bronchorst enantiophano. p. 2. sine controuersarum quast. centur. 2. assert. 73.) inter eundem creditorem vendentem, & emptorem in ipso venditionis contractu pactum intercessisse proponitur, vt si solueret debitor pecuniam pretij emptori, liceret ei recipere rem suam: & in hac facti specie Vlpianus respondet, nedum debitori actionem pignoratitiam competere aduersus creditorem, vt illi actionem ex vendito aduersus emptorem mandet, seu cedat, sed & via recta absque vlla cessione rei venditionem, vel in factum actionem aduersus emptorem ipsum, vt constat ex illis verbis: Sed & ipse debitor aut vendicare rem poterit, aut in factum actione aduersus emptorem agere, & tamen pactum illud renenditionis, à creditore in debitoris fauorem interpositum, verbis obliquis conceptum videtur, nempe vt debitor rem, qua sua fuerat, soluto emptori pretio ab eodem reciperet, quod verbum recipere non longe distare videtur à verbis res vendi, reuertatur, pertineat, aut restituatur, quæ obliqua siue inflexa esse diximus dissertat. 30. num. 57. & in terminis quod illud verbum sit obliquum, vel saltem commune, idem valens, post Alex. & alios resoluat Caldas Pereyra ad l. si curatorem habens, verbo sua facilitate, n. 65. post principium, C. de in integrum restitut.

16 Sententia verò media, quam Hispalensis Senatus passim me Iudice amplexus est, eandem in hoc pacto de retrouendendo distinctionem adhibet, quam in pacto legis commissoriae communiter tradidere DD. quos retulimus ac sequuti sumus d. dissertat. 30. d. n. 54. & 57. vt si quidem verbis tantum obliquis id pactum concipiatur, actio tantum personalis post diem præstitutum venditori pretium consignanti ex eo competat aduersus emptorem, vt ipsi rem venditam restituat, atque ita procedat, ac vera sit prior sententia relata n. 8. sin verò verbis directis conceptum sit, tunc nedum personalis actio venditori aduersus emptorem, cui pretium reddiderit, competat, sed & realis aduersus ipsum, vel alium quemcumque possessorem, ita temperata, alias verò reiecta altera sententia relata num. 14. quam sententiam, & distinctionem docuit Paulus Castrensis sibi contrarius in l. si à te, 7. n. 3. C. de pact. inter emptorem, & conf. 306. quamquam longa, in fine, lib. 2. sequuntur Cellus Hugo conf. 53. n. 2. Auguft. Beroi. conf. 164. n. 2. lib. 1. Thomas Grammat. conf. 282. n. 3. Hieron. Gabr. conf. 66. n. 4. & 5. ac post alios Bartholomeus Cassaneus conf. 41. n. 7. Nicol. Boerius decif. 124. num. 27. & dec. 182. n. 17. 18. & 19. And. Tiraq. de retrat. conuent. d. §. 1. gl. 7. n. 14. & 15. D. Præles Couar. parum sibi constans d. lib. 3. var. c. 8. n. 2. vers. Ego sane fateor, iuncto vers. Verum & in hac specie, & vers. Et idem hæc opinio, Roland à Valle conf. 62. n. 3. lib. 2. Greg. Lop. in l. 42. gl. 7. vers. Et certè dictum Pauli, & vers. Licet non possit de stricto iure defendi iuncta gloss. ult. in fin. tit. 5. p. 5. Did. Perez, qui hanc sententiam magis communem dicit, ad l. 1. tit. 2. lib. 8. ordinam. verbo en engaño de las vsuras, vers. Quæri etiam potest, & in 2. & 3. conclus. Gut. conf. 27. n. 2. Pinel. in l. 1. 2. p. num. 20. C. de bon. matern. Cald. Perey. in l. si curatorem habens, C. de in integr. rest. verbo sua facilitate, n. 62. cum 4. seqq. & in tract. de empt. & vend. c. 28. numero 22. à vers. Sed repugnat, iuncto n. 19. Felician. de censib. lib. 1. c. 6. n. 10. vers. Contrarium autem, iuncto vers. Quare magis probò, & n. 11. Morla in emptor. d. tit. 9. de contrab. empt. q. 14. n. 11. & q. 16. n. 7.

Card. Franc. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 3. 2. à n. 62. Alex. Trentacinq. var. resol. lib. 3. tit. de empt. & vendit. resol. 10. num. 17. Octau. Cacheran. dec. 65. num. 12. Magonius de iur. Florentina 105. n. 2. Alex. Raudens. decif. Pisana 16. n. 195. in fin. cum seq. Fachin. d. lib. 2. controu. c. 13. vers. Tertia sententia, iuncto vers. Atque hæc postrema, Euerard. Bronchorst miscellan. controu. centur. 1. assert. 69. opposit. 1. vers. Secundo respondetur, Fredericus Martinus de iure anni reditus, c. 6. n. 158. Bernard. Gren. pract. concl. lib. 2. concl. 16. à n. 9. Mar. Giurb. dec. 93. n. 1. D. Illephon. Per. de Lara in compend. vitæ hom. c. 23. n. 38. & 39. nouissime Hermosill. ad Greg. Lop. in d. l. 32. parti. gl. 7. num. 4. Nec in effectu dissentit, imò idem planè vult Ant. Faber de error. pragmat. corum decad. 2. error. 2. n. 3. nisi quod ibi in vers. A pacto autem & errore, i sub eodem, num. vers. At cum venditio, pactum, \* cuius fit mentio in d. l. si à te, qua præsertim nititur hæc sententia, vt post videbimus, differre ait tam à pacto legis commissoriae (in quo ei liberet deseruius) quam à pacto de retrouendendo, id quod tantum verum esse fatetur respectu propriæ, & vltimate formæ huius generis pacti, non etiam respectu minus propriæ, parumque vltimate, ob directæ verba, quibus conceptum est; nec enim ea tollit quin illud reuera pactum retrouenditionis sit ob rem & pretium vtrinq; accepta, licet ex adiectione eorum verborum minus proprium reddatur, quod & agnoscit Alexand. d. conf. 10. num. 6. vers. Certè si dictum, licet id à nemine animaduersum putet Ant. Fab. vbi proxime, nec rectè à propofita distinctione, tamen disputationis gratia tantum, discedere coegit Morlam d. q. 14. n. 12. vers. Quomnis qua habentis, nam & pactum legis commissoriae regulariter, siue iuxta consuetam eius formam verbis directis tantum fit, & nihilominus quia aliquando verbis obliquis enunciat, eadem in eo distinctio fit, vt diximus.

Probatur autem hæc sententia, & distinctio quoad priorem eius partem ex seqq. Primò, quia quoties quis in contractu ad aliquid dandum, vel faciendum obligatur, personalis tantum actio aduersus eum competit, vt id præstat, non realis neque contra eum neque contra alium possessorem rei, circa quam obligatio emanat, l. actio num genera, 24. aliàs 25. in princip. illic. In personam actio est, qua cum eo agimus, qui obligatus est nobis ad faciendum aliquid, vel dandum, & semper aduersus eundem locum habet, ff. de oblig. & act. §. omnium, 2. vers. Namque agit, §. sic itaque discretis 15. & §. appellamus, 16. in ff. de actionib. At per pactum de retrouendendo, verbis obliquis venditioni adiectum, emptor personaliter obligatur ad rem post certum tempus, vel quandocumque reddendam, pretio sibi à venditore reddito, vt superius probauimus sub n. 2. & 3. ergo sola personali actione, non etiam reali, ipse & non alius rei possessor conueniri potest, vt id præstat.

Secundò, quia in contractu emptionis, & venditionis hoc constitutissimum est, vt siue nullum sit in eo admixtum pactum, sola personalis actio ex vendito, vel empto aduersus emptorem, vel venditorem ad id competat, quod ex eo contractu quilibet præstare tenetur, non verò realis ad rem ipsam venditam, l. 1. cum relatis à gl. ult. C. de act. empti, siue etiam \* admixtum ei sit pactum aliquod, duplex in eam rem personalis actio prodita fit, altera in factum, seu præscriptis verbis, quæ oriuntur ex illo pacto, incontinenti venditioni adiecto, quippe quod ipsum contractus coherentia veltitur, & informatur, atque ita ei legem dat, l. iuris genitum, 7. §. quini. d. in princ. iuncto vers. Sed hoc fit accipiendum, & vers. Idem Maxcellus, in fin. de pact. l. licta, 40. vers. Dicebam ff.

ff. si certum petatur, l. in bone fidei, 13. C. de pact. altera ex empto, vel vendito, ob eandem coherentiam, quæ efficit, vt pactum ipsum pretij pars iudicetur, l. fundi partem, 79. vers. Nam hoc ipsum, ff. de contrab. empt. l. si sterilis 6. §. si tibi fundum, ff. de act. empt. iuncta reg. accessorium, lib. 6. idque generaliter constat ex l. Labeo scribit 50. ff. de contrab. empt. in specie verò 1. quoad pactum \* de retrouendendo obliquis verbis conceptum, respectu emptoris agentis ad pretium re oblata, idem apparet, ex l. si commentum, 6. ff. de rescind. vendit. respectu verò venditoris ad rem agentis, oblato à se pretio (qui nosker est casus) ex l. si vir, 12. ff. de præscriptis verbis, vbi præscriptis verbis actio ex tali pacto venditori conceditur, & melius ex l. 2. C. de pact. inter emptorem, de eodem retrouenditionis obliquo pacto loquente, vt obseruant Felicianus d. c. 6. n. 10. post med. vers. Neque obstant, vbi vtraque datur actio his verbis, si fundum parces tui ea lege vendiderunt, siue ipsi, siue heredes eorum emptori pretium quandoconque, vel intra certa tempor a obtulerint, restituerunt, neque paruo satis facere conditioni dictæ, hæres emptoris non parat, vt contractus fides seruetur, actio præscriptis verbis, vel ex vendito tibi habetur, qua de re vltra ordinarios in dicto locis differunt late Fachineus (ita concludens nedum in contractibus bonæ fidei, in quibus id receptissimum est, sed etiam in contractibus stricti iuris, cum Hotomano, & Daureno contra Ciuium) d. lib. 2. controuers. c. 99. & 100. Euerard. Bronchorst. enantiophano. p. 2. sine controuersarum quast. centur. 1. assert. 31. & 35. qui tamen male, & si in contractibus bonæ fidei ex pacto eis adiecto personale actionem concedat, at illam præscriptis verbis esse negat, nullamque admittit in contractibus stricti iuris, male quoque aliter rem explicat, à communi dissentiens, D. Pichardus in §. actionum, in fin. de actionibus, quast. 8. numero 20.

22 Denique, quia ex pacto de retrouendendo obliquis verbis concepto, actio datur venditori pretium offerenti, vt vicissim ei res vendita restituatur, seu reuertatur, quod idem est, vt diximus n. 6. sed cum hac actione minimè se compatitur actio realis, sui natura competens ad rem ipsam vendicandam velut propriam, ex reg. Tex. in l. in rem actio 23. in princ. ff. de rei vend. d. l. actio num genera, vers. In rem actio ff. de oblig. & act. cum similibus, ergo hæc nullo modo ex præfato pacto competere potest, sed illa tantum. Minor probatur, quia si venditor eius pacti virtute rem venditam vt propriam vendicaret, emptor, vel alius rei possessor non posset illam ei reuendere, sic enim venditor rem suam emisisset, quod ius non admittit, l. sua rei 16. ff. de contrab. empt. quod ius non alienis propria, amplius ei dari, siue eius effici nequit, l. 4. §. lana, ff. de vsucap. §. sic itaque discretis, vers. Nec enim, & vers. Nec res, in fin. de actionibus.

23 Quod verò pertinet ad alterum superioris distinctionis membrum, ea quoque vltra alia iura, quæ in discussa aptius pro ipsa expendimus, & exponemus, non male in primis probatur ex l. qui hominem 19. ff. de vsucap. vbi generaliter traditum est, homine siue seruo ita empto, & ex ea causa accepto, vt si aliqua conditio extiterit, nemopus fuerit, conditionem postea conuenientem resoluere ipso iure emptionem, itant tempus, quo seruus apud emptorem fuit, venditori, qui dominus non erat, accedat, siue ad vsucapionis continuationem proficiat, ac si ab initio venditor ipse seruum retinuisset; atque ita textus ille planè significat, quòd si venditor dominus fuisset, multò magis serui ita venditi dominium ab initio retinuisset, cuius virtute actione in rem aduersus emptorem, vel alium possessorem exerceri posset, & tamen verba illa, cui si aliqua conditio extiterit, seruum inemptum fuerit, æquè conueniunt pacto de retrouendendo, verbis di-

rectis concepto, ac pacto legis commissoriae, vel adiectionis in diem, imò retrouenditionis pacto, ex quo pretium à venditore acceptum supponitur, multò verius, vt indicant verba Text. in d. l. qui hominem, illic. Quomiam eo genere reuero facta venditio, esset reuenditionis similis.

Deinde probatur, & quidem multò apertius ex 24 Textu in proposito eleganti in l. si à te 7. C. de pactis inter emptorem, & venditorem, in cuius priore parte pactum illud, in venditionis contractu, in quo rei vendite traditio, & pretij solutio iniuicem intercedit, appositum, vt si intra certum tempus soluta fuerit data quantitas, si res inempta, adeò efficax iudicatur, vt nec Principis rescripto id remitti posse diserte cautum sit his verbis, remitti hanc conuentionem rescripto nostro non iure poterit. Quo loci \* continere non possum, quin obiter Accurtium taxem in scholio ad verbum pe. it, dum verba isthæc, quæ omnimodam re-lati pacti de retrouendendo, verbis directis concepti, remissionem per quam aperte ostendunt, eam vepote in præiudicium iuris parti quassit tendentem, Principi negantia, nimis quidem impropriè, ac diuinatorie de dilatione interpretatur, quam certum est Principem posse concedere, l. quoniam, 2. C. de prædictis Imperatori offerend. quam proinde legem vt contrariam opponit ipse Accurtius d. legi si à te, perperam à se, vt vidimus intellecte, difficultatem quidem hanc nedum otiosè excitans, sed & parum feliciter, quippe quam superare minimè potuit, per varias, eaque ridiculas, & ineptas solutiones vagatus. In posteriore \* verò parte d. legis si à te docent Imperatores, venditori aduersus emptorem, se subrahentem à receptione pretij, vt iure dominij rem venditam retineat, eo consuli remedio, vt emptori post præfixum diem solutionem denunciet, & hanc illo admittente negligente, pecuniam ipsam iudicialiter obfignet, ac deponat. Significatur ergo \* vice versa, pretio per venditorem 27 reddito, aut obfignato, iam non emptorem, sed venditorem dominium ipso iure retinere, vt cuius possit nedum ab ipso emptore, sed & ab alio quocumque possessore rem vendicare, iuxta reg. Tex. in l. officium 9. & in l. in rem actio 23. ff. de rei vend. cum vulgatis, ac probant relati sup. n. 16. sed & Ant. Fab. in loco, quo cum seq. n. retulimus, & decade 25. errore 2. quicquid relictur Barbof. in l. si mora 10. 2. part. sub numero 71. vers. Neque obstant, ff. solut. matrimon. receptus à Ioan. Carnall. ad cap. Raynaldus de testam. 2. part. num. 212.

Nec retenta verissima hæc sententia media, 28 rum extremarum argumenta quocumque refragantur. Nam ad primum prioris sententia fundamentum facile respondemus, concedendo antecedens, negando verò consequentiam, quæ solum concludit in pacto de retrouendendo, obliquis verbis iuxta consuetam eius formam concepto, de quo etiam dumtaxat accipienda est lex 42. tit. 5. parti. 5. cuius ibi meminimus, alioqui si priorem sent. indistinctè admittas etiam in eo pacto, directis verbis enunciatò, eadem ratione possis dicere in pacto legis commissoriae, verbis directis, iuxta vltimatam eius formam concepto, nempe vt pretio ad diem non soluto, res inempta fiat, solutione statuto tempore non facta, non realem fed personalem actionem venditori aduersus emptorem competere, vt rem restituat, quia sicut per traditionem, & pretij acceptionem dominium in emptorem transferatur, sic & per solam traditionem absque receptione pretij, si fides de eo fuerit habita, d. l. quod vendidit 19. in fin. illic. Vel etiam fidem habuerimus emptori, ff. de contrab. empt. & d. §. vendita, vers. Sed si it, qui vendidit, in ff. de ver. d. iust. fides autem habita censetur, ex quo dies ad solutionem data est, vt arg. Textus in l. ad solutionem 5. C. de re iudicata, differ. 30. num. 49. cum com.